

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre II](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - I, 11 : De sacrificiis marinarum Deorum](#)

Mythologia, Venise, 1567 - I, 11 : De sacrificiis marinarum Deorum

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre I

[Mythologia, Francfort, 1581 - I, 11 : De sacrificiis marinarum Deorum](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre I

[Mythologie, Paris, 1627 - I, 11 : Les sacrifices des Dieux-marins](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre I

[Mythologie, Lyon, 1612 - I, 11 : Des sacrifices des Dieux marins](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener Digitalisierungszentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567
Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener Digitalisierungszentrum (MDZ) ,
Res/4 Ant. 50
Formatin-4
langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 15r°-15v°

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024



Interea accensis fundunt libamina linguis.

Sic etiam Homerus lib.iii. Iliad. *ἑρμῆος δὲ τῶν ἑπιπέλαων* iniiciunt igni linguas. Illud autem fiebat ubique in honorem Mercurii, cui linguæ erant cōsecratæ, atque post exuffas linguas gratias Diis agentes vnusquisque læti ex illis sacrificiis domum discedebant. at nunc de sacrificiis marinorum dicamus.

De sacrificijs marinorum Deorum. Cap. XI.

AT vero quoniam dæmones illi, qui mari præerant, pro natura loci crassiores esse putabantur; idcirco in eorum sacris crassiora quædam corpora quàm essent vel nidores vel cantus offerebantur: quæ ad gustum pertinere, corpusq; haberent magis solidum. Nam cum vinum in sacrificiis Deorum superiorum offerretur, & delectæ partes victimarum, tamen ex illis in ignem coniectis & concrematis nihil aliud ad eos Deos nisi nidor & *odor* ustulatorum animalium fumus perueniebat; vel odor thuris. At in sacrificiis marinorum Deorum res longe aliter se habere credita est. nam cum taurus Neptuno mactabatur, tunc sanguis colligebatur in crateres, atque non percutiebantur securi victimæ, sed cultris iugulabantur. Erant autem nigrae illæ victimæ, quæ vel Diis inferis, vel tempestatibus, vel Diis marinis offerebantur; ut patet ex lib. iii. Odyss. cum semper in littore maris sacra fierent marinis;

τὸ δὲ τῶν θαλάσσιων ἑπιπέλαων, καὶ τῶν ἑπιπέλαων, καὶ τῶν ἑπιπέλαων
Ad maris vndifoni faciebant littora sacrum,
Nigranti tauro Neptuno, qui regit vndas.

atq; cum turbato Neptuno taurus immolaretur, tunc ubi esset placidus, mactabatur agnus, & aper aliquando; quæ etiam animalia cum maris naturam variis temporibus indicarent, omnia simul aliquando cedeabantur in Nept. sacrificiis, ut indicat Home. lib. 1. Odissæ;

ἵψου δὲ τῶν θαλάσσιων ἑπιπέλαων ἄνευ
Ἄρνις, ταύρος, ἀπὸ τῶν ἐπιπέλαων ἀπὸ τῶν
Legitimè Regi Neptuno sacra peregit,
Agnos, tauro, aproq; suos qui suevit inire.

Iugularũ deinde victimarũ in sacris marinorum sanguis collectus in patera fundebatur cum precibus, quod genus rituum a sacrificantibus in littore seruabatur. sin autem in naui initiarentur, victimas non in pateram, sed in mare cum precibus iugulabant, ut ait Apollonius lib. 4. in his.

ὃ δὲ τῶν ἐπιπέλαων ἐν τῶν θαλάσσιων ἑπιπέλαων
ταὶ κατὰ πρῶτον.
Ille preces fundens iugulauit in equoris vndam,
Mox de puppe iacit.

cum iugulassent igitur ac disseuissent uictimas, prius exta cum precibus, deinde vinum in aquam deiciebant, ut ait Virgilius libro quinto his carminibus;

Ipse caput tonsæ foliis ornatus oliuæ,
Stans procul in prora pateram tenet; extaq; falsos
Porricit in fluctus, ac vina liquentia fudit.

Neque

Mythologia.

Neque vero convenire horum Deorum naturæ videtur illud, quod scribitur ab Ouid. lib. xi. Metamor. qui thuris etiam odorem Diis marinis tribuit, cū aeris tantum numinibus ut diximus, at non etiam aqusticis, id genus sacrificii ad altiora tendentis conveniat: sic enim inquit;

Itq; Deos pelagi vino super aquora fuso,
Et pecoris fibris, & fumo thuris adorat.

- 10 Apud Virgil. præterea lib. 4. Georg. in sacrificiis Oceani, quæ fiunt à Nymphis, vinum in flammis, at non in mare funditur; quod non fiebat contra ius sacrorum, cum illæ essent sub aquis, quamvis Mathematicus & Philosophus acutissimus Hector Ausonius de antiquorum sapientum sententia ad chemicam artem hanc rem pertinere arbitratur. neque etiam ob eam causam parum convenit is ritus Oceano, quia per Oceanum patrem omnium, humorem diuinitus in omnia naturalia corpora, omnemq; materiam diffusum, antiqui significarunt. sic autem ait Virgil.

Oceano libemus ait: simul ipsa precatur
Oceanumq; patrem rerum, Nymphasq; sorores,
Centum quæ sylvas, centum quæ flumina seruant.
Ter liquido ardentem perfudit ne cætare vestam;
Ter flamma ad summum cæsti subiecta reluxit.

- 20 Utiebantur autem ternario numero in sacrificiis, quoniam ille numerus perfectus est, non solum ob dimensiones corporum ut ait Aristot. in primo cæli; sed etiam quia Deus est omnium quæ videntur, & quæ videri non possunt, moderator: non aliter atque paris & imparis vim habet trias, cū omnes sint numeri pares aut impares: atq; sicut Deus est principium omnium quæ aguntur, ita prior ternarius numerus omnium reliquorum per se ipsum auctus triangulum constituit parium laterum, quæ prima est earum figurarum, quæ pluribus constant lateribus. In sacrificiis etiam fluuiorum idem ritus seruabatur, cum vina in fluuios effunderentur cum precibus, ut ait Apollon. in lib. 1.

30

Ἀντὶς δ' ἀπὸ τοῦ κρητὸν ποταμῶν ἐκκίναται
ὄνον ἀποπρῶτον ἀλγερῶν, αὐτὸς ἄσπασε.

Ipsæ merum è cyatho libamen fudit, & auro,
Aelsonides liquidum in fluium; sic inde precatur.

Nymphæ item cum aquarum Dex esse putarentur, crassiora quædam & ipsæ sacrificia requirebant: quibus mel & lac offerebatur, & mulsam. at nunc de sacris inferorum.

De sacrificiis inferorum. Cap. XII.

- 40 **S**acrificia illa, quæ Diis inferis fiebant, non solo tempore, sed etiam colore victimarum, & ritu plurimum differabant: nam, ut diximus, hæc sacrificia non nisi per noctem fieri consueuerunt, ut ait Virgil. lib. 6.

Tum Regi Ilygio nocturnas inchoat aras.

quod autem nigræ victimæ Diis inferis immolarentur, testatur ita idem poeta;

Nigrarum pecudum multis te sanguine ducet:

ut autem victimæ, quæ superis mactabantur, cum iugularentur, cogebantur iugulum superius vertere; ita quæ mactabantur inferis, caput ad terram deprellum